



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 91. An & tempus reversionis sub Eugeniana comprehendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

SUMMARIUM.

1. Privilegium Romipetarum durat, quamdiu eorum negotia. Gessante causa, Privilegium cessat effectus.
3. Affectata absentia non prodest.

Eugeniana indefinite loquitur per verba habentia tractum temporis successivum, d. extrarag. divina verb. durante negotiorum & causarum huiusmodi profectio, moram trahentes & recedentes ab eodem. Itaque Romipeta tamdiu Romam degere censetur, quamdiu dure bunt negotia ob quae Romam petit, proinde cessantibus, cessare etiam censetur hoc Privilegium. Quia cessante causa, privilegium cessat effectus, cap. cum cessante de app. prout cessabit etiam Romipeta seu Romam degens affectet absentiam. Impedimentum enim affectatum regulariter non excusat. *Tiraq. de Reir. conf. 1. §. 35. gloss. 4. num. 29. Fel. cap. fin. num. 5. de testibus moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15. num. 24. l. si an in provincia §. tam diu & l. hi qui ff. ex quibus causis majores. Abb. cap. exposuit num. 14. de dilat. quod multis exemplis late ostendimus alio in loco, hb. 4. de iurisdict. ord. in exempt. quest. 71. ad instar legatorum; quorum legatio cessat statim ac finita est causa legationis. Barb. & DD. d. §. tam diu. Tunc enim cessat absentia iusta seu causaria de qua late Doctores jam laudati.*

QUAESTIO NONAGESIMA PRIMA.

An & tempus reversionis sub Eugeniiana comprehendatur.

SUMMARIUM.

1. Romipetis imputatur etiam tempus reversionis.
2. Tempus reversionis quantum esse debeat.

Responderetur comprehendi, Pontifex enim disponit de moram trahentibus & recedentibus, idque etiam ostendit juris communis ratio, absentem enim ex iusta causa concedi & computari debet tantum residui temporis, quo possit redire in patriam, illudque reversionis tempus eodem jure regulatur, quo aliud tempus absentiae causariae, l. si cui in provincia §. tam diu l. qui mirantur §. fin. ff. ex quibus causis majores. Soletque pro reversionis tempore computari unus dies pro singulis viginti militibus Italicis, glo. §. tam diu l. 1. ff. si quis cant. l. 3. ff. de verb. sig. glo. cap. nannuli

quæst. 5. num. 36. id certè arbitrio boni viri relinquendum est, uti plenius ostendi infra quæst. 106. Idque nisi aliud impedimentum vel antequam reditum accipiat, vel in ipso reditu superveniat, nam eo casu dicitur eadem ratio Romipetarum Eugeniæ constitutionis durare. d. §. tamdiu vers plane Rom. l. si vero §. de viro num. 230. fol. mar. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 153.

Q U Æ S T I O X C I I .

An statim post reditum ad patriam cesset hæc Eugeniæ.

S U M M A R I U M .

1. Reversis ex urbe tempusculum est concedendum ut quiescant.

Non tamen, sed reversis ex Urbe modicum temporis concedendum est ad res suas componendas & ad quiescendum, l. ab hostibus ubi Barib. §. sed quod simpliciter ff. quod met. causa. ego duos aut tres dies sarciculas componendi quiescendique gratia concederem per late notata à *Monsia de distribut. quotid. par. 2. quæst. 12. num. 49. & seqq.* vel certè judicantis id arbitrio pro qualitate rerum & personarum relinquendum. *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. casu 33. num. 1. & 2.*

Q U Æ S T I O X C I I I .

Quæ sit pena ordinatorum jurisdictionem in Romipetas exercentium.

Pateris Eugenius Pontifex IV. ipso facto excommunicatos esse decernit. Quæ quidem excommunicatio monitionem antecedentem non requirit, uti superius, *Quæst. 79. ostendi.*

Q U Æ S T I O X C I V .

Quis ab hac excommunicatione possit absolvere.

Nemo præter Papam, quia ipse absolvendi potestatem sibi reservat, præterquam in mortis articulo.